

B. c. D.

REGIÆ ACADEMIÆ
GUSTAVO-CAROLINÆ
SIVE
DORPATO-PERNAVIENSIS
HISTORIÆ

PARTICULAM VIGESIMAM SECUNDAM

CONSENT. AMPLISS. FACULT. PHILOS.

PRÆSIDE

GUSTAVO SOMMELIO,

PROF. REG. ET ACAD. CAROL. BIBLIOTHECARIO.

AD PUBLICUM EXAMEN

DEFERT

GUSTAF CHRISTIAN BEXELL,

SMOLANDUS.

D. XVII DECEMBR. A. MDCCXCVI.

LUNDÆ,

BERLINGIANIS,

Pröbsten

öfver Wälsbo Hårad,
Kyrkoherden vid Willstads, Båraryds och Wälchults
Församlingar
samt

Medlemmen af Samsunder pro Fide & Christianismo

Högårevördige och Höglärde

HERR MAGISTER

DANIEL BEXELL

och

Pröbstinnan

HÖGÅDLA FRU

MAGDALENA BEXELL

FÖDD STRÖMWALL

Wördade Föräldrar!

Hugkomsten af Eder omsorg för mig, icks blott i min ålders första vår, utan äfven vid dess tiltagande, befäller mig at helga Eder detta offer. Mottagen därför, Wördade Föräldrar, desse blad, mindre som ett vedermåle af min kunskap, än som ett prof af den barnsliga kärlek och vördnad, hvarmed jag har äran til grafven framhärda.

Mine Wördade Föräldrars

Lydigste Son

GUSTAF CHRISTIAN BEXELL.

Theses Respondentis.

I.

Frustra sunt, qui cum WILH. WHISTONO in *Essay towards restoring the true Text of the Old Testament*, vocem $\text{—} \text{—} \text{—}$ ex codice Hebræo Gen. II: 24. aut excidisse, aut de industria sublatam esse, ex vocibus *ai dvo*. I. Cor. VI: 16. consequi putant.

II.

Nihil proficiunt, qui Apostolum I. Thes. V: 23. plures, quam duas hominis partes essentielles commemorare, pro explorato haberi volunt.

III.

Qui Philosophiam in Instrumentalem & Realem dividunt, minus recta vel definire vel dividere videntur.

IV.

Veritatis Logicæ divisio in certam & probabilem examen Logicum non sustinet.

V.

Canon hic Logicorum quorundam: Ignoratis essentialibus, ad attributa vel propria vel communia.

nia in Definitionibus formandis est confugiendum, tantum abest ut mihi probetur ut illum WAL-
LERIO nostro probari potuisse mirer.

VI.

Historia errorum ingenii humani magnam
nobis affert utilitatem.

HOLSTENIUS (Ericus)

Ex celebri in Svecia gente Holsteniorum, in
parœcia Westmanniæ Norebergensi & avito prædio
Kalmora natus a. 1622 *). Ingenium felicissimum
in schola inferiori & Academiis, Upsaliensi, Aboën-
si atque Dorpatensi probe excoluit. Dorpati Phi-
losophiæ Magister renunciatus est a. 1647 d. 18
Nov. **), ibique Linguae Hebrææ & Græcæ Pro-
fessor designatus est a. 1650 d. 31 Julii. Cum ho-
stis Moschus Livoniam a. 1656 invaderet, in pa-
triam revertitur, ubi privatus vixit, donec a. 1665
in locum soceri M. Jonæ Columbi succedens Pa-

M m

adduco: plura vero, quam vidi, recensere nequeo.
Orationem quandam de Chemiæ Dignitate & Præ-
stantia, quam docendi munus Rostochii suscepturus
habuit, in scriptis ejus a GADEBUSCHIO p. 314
commemorari quidem video; nec quin habita sit, du-
bitari convenit: typis vero vix edita seriem scripto-
rum ejus augere mei non est instituti ratio.

*) Nativitatem ejus ad a. 1617 PETRUS UGLA in
Disp. de Præfectura Næsgardensis Dalekarliæ p. 89,
& ex eo HYDRÉN de Fatis Literat. Orient. in
Svec. p. 17 alique referunt: scribenti vero mihi ad
manus est Facies Monumenti a JOH. GEZELIO
J. F. ejus olim discipulo adumbrata, ubi anno se-
culi Christiani septimi decimi XXII eum natum esse
dicit.

**) Hunc promotionis annum diemque ponit JOHAN-
NES GEZELIUS Pater in carmine græco elegiaco,
quo Magisterii honores Holstenio h. ap. & die gra-
tulatur.

stor ecclesiae Husbyensis in Westmannia constituetur. Occubuit a. 1669 d. 9 Junii. Sociam vitam sibi adjunxerat DOROTHEAM von WICKEDEN, cujus in funus, a. 1654 Dorpati decedentis, graecum carmen conscripsit ediditque *Joh. O. Luth.* In Sveciam redux uxorem duxit BRIGITTAM M. *Jonae Columbi*, sui in officio Husbyensi Praedecessoris filiam, a. 1668 denatam.

Scripta *)

- 1) Disp. de Metallis. Praef. Joh. Erii Stregnensi Dorp. 1646. 4:o.
- 2) Disp. grad. philos. de Substantia. Praeside eodem ibid. 1647. 4:o.
- 3) Disp. Ethica de Actionum Humanarum ultimo Fine seu Summo Bono Civili. ib. 1649 4:o.

4)

*) Prodit quidem *Oratio Ciceronis pro Archia Poeta, disputatione Academica methodice resoluta*, Praeside LAURENTIO LUDENIO, & respondente ERICO ANDREAE HOLSTEN O Westm. Sv. a. 1645. Sed hujus disputationis Auctorem in Dedicatione se profiteretur ipse Ludenius. Sociam quoque operam Professori JOHANNI GEZELIO disputationum Pneumatologicarum, quas graeco sermone edidit, quintam *περι της Ψυχολογίας* respondendo defendens a. 1646. Holstenius noster praestitit, ac Respondentem quoque sequi. eam sibi adsciverat ANDR. VIRGINIUS, *disputationem Theologicam, in D. Johannis Evang. Cap. XXI a. v. 1 usque ad 15* selectas notas exhibentem, publico subjiciens examini, Neutrius vero Auctor Holstenius fuit.

- 4) Συζ. περι της Αρετης Ηθικης, γενικως. Αποκρ. τω Ιωαννη τω Σενδια Ουεσμανν Σβηκ. ετ. α. χ. v. β. 4:0 Δορπ.
- 5) Formarum Ortu & Interitu Resp. Nicolao Garfluvio Arbog. Westm. ibid. 1654. 4:0.
- 6) Varia extant ejus carmina graeca, ex quibus Cel. D:n. FANT in *Hist. Lit. Graecae in Svec. Spec. VI. p. 2* hac tria enumerat.
- α) Συγχαυα ια νυπτιας *Petri Laur. Schonbergii & Ursula Olofs dotter.* Dorp. 1646. 4:0 Eleg.
- β) In honores Magisteriales *Andreae Arvidi Stregnensis* ibid. 1651. 4:0.
- γ) In obitum *Wendelae Helmes* ibid. 1653. 4:0. *)

Quibus nunc addo:

- δ) Carm. graec. Sapphic. ad *Ericum Harkman* Westm. Svec. Praeside Andrea Virginio respondendo defendentem Select. Not. in Cap. XVI. D. Evang. Johannis. Dorp. 1646. 4:0.
- ε) Ad *Georgium Simonis Dorla-Thuringum* Selectas Notas ejusdem Praesidis in Cap. D. Evang. Joh. XIX a. v. 25. usque ad fin. respondendo defendentem, carm. eleg. Dorp. 1647. 4:0.
- 5) Carm. eleg. ad *Matthiam Nicolai Waldt* Westro-Goth. qui Praeside eodem, Notas in Psalm. III Davidis exhibente, disputavit. Dorp. 1650. 4:0.

M m 2

ζ Ad

*) Carmen Elegiacum est, plurium epicediis in eodem fasciculo adjunctum.

- z) Ad *Ericum Albogium* Past. & Præpos. Iwan-
grodorensem de Modestia & Magnanimitate.
Præsidi Joh. Erici Stregnensi disputantem.
Carm. Eleg. Dorp. 1651. 4:0.
- n) Carm. Eleg. in *Benjaminis Simonis Krook*
Nötheburgensis Orationem, Græcæ Linguæ
Elogia exhibentem. Dorp. 1652. 4:0.
- 9) Carm. hexam. in *Johannis Bröms* turmæ pe-
destris militaris, Dorpati excubantis, Apologistæ
& *Sophiæ Dref* nuptias, una cum plurium
gratulationibus impressum Dorp. 1652. 4:0.

LIDENIUS (Petrus)

Smolandus *) Studia Academica Aboæ exco-
luit, ibique Philosophiæ Magister renunciatus est
a. 1643 d. 4 Maji **). Scholæ Revaliensis Rector
designatus a. 1645 ***) juxtaque Consistorii ibidem
Assessor

*) Smolandum ipse quidem se appellat, vid. titulus dis-
putationis, in ferie Scriptorum ejus N. I. allata: at
vero vel parentes, quibus, vel locum, quo natus est,
detegere mihi non licuit: suspicor tamen, in ea Smo-
landiæ parte, quæ præfecturæ est Calmariensis, eum
in hanc lucem editum esse, cum & plurimis dioceseos
Calmariensis Pastoribus, & singulis Icholæ Calmarien-
sis Præceptoribus hanc disputationem dedicaverit.

**) STIERNMAN *Ab. Lit.* p. 13.

***) *Johanni Adam. Bahn* h. a. disputanti (vid. *Catal.*
Dispp. Ab. Liden. p. 194) gratulans hunc titulum
nomini suo adjecit.

Assessor fuit a. 1647 *). Savonii, officio remoti, lo-
co Logices & Ethices Professor constitutus a.
1651 **) ac simul Facultatis Theologiæ Adjun-
ctus fuit a. 1652 & 1654 ***). Anno autem 1655
Ethic. & Logic. Ord. atque Theologiæ Extra-
ordinarius Professor fuit ****). Reliqua ejus fata
ignoro ignorasse etiam video STIERNMANNUM
in *Aboa Lit.* p. 20 & BACKMEISTERUM atque
GADEBUSCHIUM II. c.c.

Scripta.

- 1) Disp. philos. grad. de Generationibus & Cor-
ruptionibus Corporum Naturalium Præs. Ge-
orgio C. Alano. Aboæ 1643. 4:0.
- 2) Disp. de Vita & Morte Resp. Enevaldo Sveno-
nio Smol. ibid. 1644. 4:0.
- 3) Oratio Panegyrica, qua examinatur quinta pars
sive Cento Visionum *G. Reichardi*; horrendi
in eodem contenti errores perstringuntur;
inconcussisque rationum momentis adstruitur,
Visionistam istum non Divino aliquo ductu
allectum, sed diabolico cestro percitum tam
impia, tamque erronea orbi Christiano obtru-
dere phantasmata, die 7 Julii a. 1647 habita
in Acroaterio Synodali Acropolis Revaliensis
Dorp. 4:0.

M m 3

4)

*) Vid. titulus Orationis, in scriptis ejus N. 3. commemo-
rata

** & ***) Epicedia & carmina gratulatoria, scribens hos
titulos nomini subjecit.

****) Vid. tit. disputationis de Syllogismo, sub ejus præ-
sidio hoc anno habita.

- 4) Disp. de Sanctissimo Testamento Domini & Salvatoris nostri JESU CHRISTI, quod alias Cœna Dominica dicitur. Præs. Andr. Virginio. Dorp. 1651. 4:0.
- 5) Disputationum Logicarum I:ma de Natura & Constitutione Logicæ Resp. Petro Laurentii Arbogensi Westm. Svec. ibid. 1652. 4:0.
- 6) Dispp. Logg. II:da primæ Logicæ partis evolutionem, terminos simplices & instrumenta Logica, primæ Mentis Operationi inservientia, generatim expendendo inchoans Resp. Erlando Erlandi Hiærne Ingria Svec. ib. 1653. 4:0.
- 7) D. L. III:a de Causis & Effectis, logice consideratis, generatim. Resp. Benjam. Krook Nötheborg. ib. e. a. 4:0.
- 8) Theoremata quædam Logica R. Erico Johannis Brolenio Orebrog. Svec. ib. e. a. 4:0.
- 9) Temperantia Resp. Olao E. Sundelio Suderm. Svec. ib. e. a. 4:0.
- 10) Libero Hominis in Actionibus rationi subjectis Arbitrio Resp. Joh. O. Luth Suderm. Svec. ib. e. a. 4:0.
- 11) Summo Bono Civili R. Abrah. L. Sundio. ib. e. a. 4:0.
- 12) Natura Ethices generaliter R. Johanne Johannis Sundio ib. e. a. 4:0.
- 13) Magnanimitate & Modestia. Resp. Benedicto Andreæ Humble Smol. ib. 1654. 4:0.
- 14) Divina illa sententia γνωθι σεαυτον h. e. nosce te ipsum, ex verbis Marci apud M. T. Cicero-
- nem

- nem Tusculan. Quæstion. Lib. I. Sect. LII. Animæ Rationalis Naturam brevissime exhibens. Resp. Abr. L. Sundio Nericio ibid. e. a. 4:0.
- 15) Mansuetudine Resp. Joh. Reuter Riga Liv. ib. e. a. 4:0.
- 16) Terra. Resp. Petro Laur. Arbogensi Westm. Svec. ib. e. a. 4:0.
- 17) Veritate. Resp. Joh. A. Dryander Smol. Goth. ib. e. a. 4:0.
- 18) Novem Theoremata Philosophica Resp. Daniele Flojero Smol. Svec. ib. e. a. 4:0.
- 19) Fortitudine Resp. Bened. Ekæo Neric. ibid. e. a. 4:0.
- 20) Virtute Morali in genere Resp. Andrea G. Kyander B. L. S. ib. e. a. 4:0.
- 21) Officiositate Resp. Matthia Tempelio Hapsal. Liv. ib. e. a. 4:0.
- 22) Syllogismo Resp. Petro Dan. Stenio Neric. Svec. ib. 1655. 4:0.
- 23) Amicitia Resp. Detlevo Köllner Nycop. Suderm. ib. 1656. 4:0.
- 24) Fortitudine R. Georgio Georgii Gezelio ibid. e. a. 4:0.
- 25) Brevis & Perspicua Delineatio Præceptorum Logicæ, in Acad. Regia Gustaviana a. 1654 discipulis exhibita Dorp. 8:0.

ELVE

ELVERING (Gabriel) *).

Posthumus, post mortem patris HANNS ELVERING, Hæreditarii in Thula, & Secretarii Status in Ducatu Esthoniæ Revaliæ natus a. 1625 d. 21 Decembr. Revaliæ ab *Henrico Vulpio* Rectore & Inspectore Gymnasii Revaliensis eruditus Regiomontum venit, ubi *Eislero*, *Behnio* & *Myssentâ* in primis usus est Doctõribus Domo, quo se contulerat, cum cohæredibus transacturus, Lubecam, Hamburgum & Lipsiam transiens Wittebergam, sed in itinere a militibus cæsareis spoliatus, pervenit. Ad audiendum *Lyserum* huc quidem se contulerat: sed quamvis brevi post ejus adventum e vita *Lyserus* excessisset; hic tamen substitit, binisque editis disputationibus philosophicis, summum consecutus est in Philosophici honoris gradum. Lipsiam iterum invisere animum quidem induxerat, svadenti vero ac persuadenti *Jacobo Martini*, ut so-

eiam sibi in disputatione de *Beatitudine Hominis* in

*) A KELCHIO in *Lieslând. Hist.* nomen ejus non solum *Elvering*, sed etjam modo *Elfrin*, modo *Lifrin* scribitur. Triplici quoque modo nomen *Backmeisterus* l. c. p. 162. exprimit, eum *Elfring*, oder *Elfrinus* oder *Lifrinus* appellandum censens. In *Kelchii* historia, quippe quem nomen vix ignoresse putat, errorem typographicum, qui aliis impoluerit, occurrere judicat. Nonne vero ex licentiosa pronuntiatione ortam esse vitiosam scripturam convenientius dicitur? Certum vero est, ipsum in scriptis suis *Elvering* se appellasse.

in *vita altera* defendenda operam præstaret, obsequendum putavit, datoque hoc eruditionis specimine, *Witteberga* demum abiit Lipsiamque concessit. Hic biennium mansit studiis Theologicis operam navans, audiensque in primis *Hülsemannum*, nec discessit sine publico dexteritatis testimonio, *Danielis Heinerici* disputationem de Regeneratione, singulorum Licentiatorum objecta diluendo ita defendens, ut omnium inde laudem reportaret. Lipsia per *Coburgum* & *Tubingam* Argentoratum se recepit, ibique annum integrum transegit & *Dorschei* atque *Dannhaveri*, ad quos audiendos huc accesserat, prælectionibus ac familiari consuetudine plurimum profecit; hic quoque, antequam discessit, publice disputavit, *DORSCHER* Præsidis disputationem inauguralem Theologicam, sive *Apologiam pro judicio Collegii Theologici Academiae Argentoratensis in causa D. Job. Latermanni, Professoris Regiomontani, dato contra dissertationes & animadversiones Theologi cujusdam Juliani.* (Calixti) defendens. Eo quoque commendante, in Sveciam iter convertit, ac *Moguntiam*, *Frankofurtum*, *Gießamque*, ubi amicitiam cum *Feurbornio* contraxit, *Confluentiam* *Coloniamque* transiens *Hollandia* itinere maritimo *Stockholmiam* pervenit. Hic in morbum, febrem ardentem, incidit, quæ XVI hebdomadas eum afflixit: ex hoc vero cum convalescisset, *Proceribusque* & *Generali Livoniæ Super-Intendenti* atque *Pro Cancellario Academiae Dorpatensis Klingio* nota esset singularis ejus eru-

ditio; ordinario Theologiam in hac Academia docendi muneri præpositus idem obire mense Sept. a. 1652 cœpit, itaque obiit, ut annum ejus stipendium quadringentis thaleris mon. argent. augere, ipsumque Regii Bibliothecarii titulo ac honore ornare Regi a. 1654 placuerit. Cum urbe Dorpato Rossi a. 1656 potirentur, aufugit Revaliam contendens, ubi primum Concionator, deinde, & paulo post quidem, Super-Intendens Revaliensis constitutus suis auditoribus vitæ integritate vir recti exempli fuit. Obiit a. 1670 d. 18 Julii hujusque mensis die 27 humo in templo S. Olai exuviae ejus mandabantur, habita a Joachimo Salemann concione funebri, quæ, subjuncto vitæ curriculo, unde compendiariam hanc biographiam descripsi, typis est ævulgata. Uxorem, nuptias Revaliæ a. 1653 d. 7 Febr. celebrans, duxerat Mariam Euphemiam Monier, supremi munitionis Confluentiæ Præfecti Wilhelmi Monier filiam, quæ sex ei filios & quinque filias peperit, qui singuli, uno excepto filio, parenti superstites fuerunt *).

Scripta:

- 1) Disp. de Intellectu. Witemb. 1649. 4:0.
- 2) Disp. Metaph. de Uno ibid. e. a. 4:0.

3)

*) Literatis Revaliensibus in *Revalia Lit.* quæ prodiit a. 1699 Calend. Jan. annumeratur GABRIEL DE ELFRING, quem *Nob. Rev. Svec. Assess. Jud. Arc. Reval.* Auctor (Joh Rud Brehm.) filiumque Super-Intendentis Gabrielis Elvering GADEBUSCH h. l. appellat.

- 3) Disp. I:ma Ordinaria de Scriptura Sacra, explicata ex posteriori Epist. ad Timotheum cap. III v. 16. 17. Resp. Zach. Joh. Colliander Smol. Dorp. 1653. 4:0.
- 4) Disp. II:da ord. de Script. S. continens επιλυσις Quæstionum Resp. Petro Nicolai Virgander Smol. Svec. ibid. e. a. 4:0.
- 5) Disp. III. ord. de Script. S. continens Quæstionem de Usu Principiorum Rationis Resp. Simone Theodori Hodensio Smol. Sveco. ibid. 1654. 4:0.
- 6) Disp. IV. ord. de Script. S. cont. Quæst. de ejusdem Divina Auctoritate Resp. Olao Dalino Westro-Gotho ib. e. a. 4:0.
- 7) Disp. V. ord. de Script. S. cont. Quæst. de ejusdem Divina Efficacia Resp. Haquino Fredzbergio Westro-Goth. ib. 1656. 4:0.
- 8) Disp. VI. ord. de Script. S. cont. Quæst. de Traditionibus non Scriptis Resp. Johanne Hinnelio ib. a. 1656. 4:0.
- 9) Εξηνήσις Dicti Apostolici 1 Joh. I: 7. το αιμα Ιησθ Χρισθ τθ υιθ αυθθ (Θεθ) καθαρίζει ημαθθ απο πασηθ αμαρτιαθ. Resp. Eberhardo Reimero Curo-Semgallo ibid. 1653, 4:0.
- 10) De Ineffabili Spiritus Sancti Suspirio, quo pro fidelibus apud DEUM intercedit, ex Epist. Paulina ad Rom. cap. VIII. v. 26. Resp. Daniele Magni OEslovio Smol. ib. e. a. 4:0.
- 11) Pœnitentia Resp. Nicolao Utter Suderm. ibid. 1654. 4:0.



- 12) *Æterna Filiorum DEI ad vitam æternam Prædestinatione* Resp. Benedicto N. Ekæo Neric. Svec. ib. 1654. 4:o.
- 13) *Ecclesia* Resp. Petro Laurentii Sandelio Neric. ib. e. a. 4:o.
- 14) *Meriti CHRISTI - Amplicudine* Resp. Nicolao Arelio Neric. Svec. ib. e. a. 4:o.
- 15) *Regeneratione Hominis* Resp. Nicolao A. Labecchio Wermel. Svec. ibid. 1655. 4:o.
- 16) *JESU CHRISTI ad Dextram DEI Sessione Pf. CX. v. 1.* Resp. Svenone Alino Smol. ibid. e. a. 4:o.
- 17) *Positiones de Cœna Domini* Resp. Johanne Reuter Rigensi ibid. 1656. 4:o.
- 18) *Fünfache Hertzens Stärckung wieder des Tod.* Sap. 4. 7. — 14. Leich - Predigt über Christ. Elisabeth Kloht des Herrn Corners Otto Magn. von Essens Ehegattin Revel. 1667.

WEXIONIUS (Olaus).

Natus Wexioniæ, quem locum nativitatis suæ ipso etiam exinde assumpto cognomine designare voluit, patre Olao Angermanno OEconomus & Antistite Cœnobii Wexionensis, matre nobilissima Gunnila Erlandi filia. Duodecennis in Wexionensem scholam introductus, cui tum Rector Michaël Wexionius Gyllenstälpe frater ejus præfuit; in studiis liberalibus egregie profecit, parentumque & cognatorum expectationem non solum implevit, verum etiam